



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 7. Quid sibi iuris vindicat in has regiones Rex Franciæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

*Quintum* ius in ACHAÏAM: nam Philippus Sabaudus Thomæ 3. filius Iambem filiam Principis Achaïæ duxit, ex quâ suscepit Iambum filium Achaïæ Principem: & ab hoc inchoata est familia Principum Pedemontij, & Achaïæ, quæ vix 100. duravit annos, sicque eorum ditio ad Ducem Sabaudia deuoluta est.

De *Ciuitate Geneuensi, Vallensi agro, seu Romanensi*, nemo est qui dubitet in hæc iuris habere aliquid Sabaudum, cum hic à Bernatibus ei sit ereptus sub Carolo III. quando etiam Geneuenses ciuitatâ verâ religione legitimum quoque Principem eiecere.

N V M. 7. *Quid sibi iuris vindicet in has regiones Rex Francia.*

FRANCI putant Sabaudum iniustè possidere quinque eius ditionis partes.

*Primo*, NICÆAM, & VILLAM-FRANCAM quondam Appendices Comitatus Prouinciæ. Datæ enim sunt à Ioannâ Ludouico.

*Secundo*, PEDEMONTIVM quod volunt esse patrimonium Comitatus Prouinciæ, & primò ablatum Ioannæ anno Christi 1363.

*Tertiò*, PARTEM COMITATVS ASTENSIS, quam contendunt esse familiæ Aurelianensis, & in dotem cessisse Valentinae filia Galeatij.

*Quarto*, MARCHIONATVM SALVSSIARVM, quem volunt fuisse partem Delphinatus, sed Bressiâ hunc agrum pensauit.

*Quintò*, MAGNAM PARTEM SABAVDIÆ, quam aiunt debitam fuisse Ludouicæ matri Francisci I. videlicet illam negant excludi potuisse ab iis bonis quæ fæminis debentur.

N V M. 8. *De Principibus huius ditionis.*

TRAXERE originem Principes isti ex Amedæo Saxone nobili, cuius filius fuit Humbertus, ex quo natus Hugo Marchio Italiae, ex Hugone Beraldus qui Burgundici & Arelatensis Regis exercitibus præfuit. Hoc regno dissipato, & in varios Dominos distracto Sabaudia & Vallis Mauriena, Imperatore assentiète, huic familiæ additæ sunt, quasi fermentum maioris ditionis, vt suprâ ostendimus; cui præfuere 17. Comites, quorum nouem etiam Chablafij & Augustæ Duces fuerunt. Deinceps Duces dicti sunt; horum primus Amedæus octauus cognomento Pacificus, seu Salomon, quem Sigismundus Imp. Cameriaci creauit Ducem. Is mortuâ vxore Ripalliam cum sex equitibus S. Mauritij quos crearat, se-